

Glossa verb. & mulieri, & in terminis ita docent D. Couar. in quarto Decretal. 2. parte, cap. septimo, §. 6. numero 12. in fin. in secunda editione. Acofta, in cap. si pater, prima parte, verbo legavit, numero 35. de testamen- tis lib. sexto, Menchac. in questione illustribus, cap. 102. numero 6. Anton. Gomez in l. 14. Taur. numero 17. & in l. 59. numero 30. & Auiles in proemio CC. Prat. nu- mero 7. nos lib. secundo, practice, questione 122. per 10- tam. Azeued. in l. 4. numero 12. titulo primo, lib. 5. non. collect. Reg. Barbof. in l. 2. prima parte in principio, nu- mero 69. ff. solut. matrimonio. Zuellos in suis Pract. 99. questione 708. numero 16. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez dict. lib. 7. disputatione 90. numero 8. contra Anton. Gomez in dict. l. 43. Taur. numero ulti- mo. Mexiam, & Ioan. Garf. contrarium tenentes, eam l. intelligentes, quamuis vnicus tantum actus fornicationis sit, quorum vltimo loco nominato- rum. nec vera quidem, nec tenenda opinio est, sed prior quam praximus.

5 Intelligitur tamen prax. l. Regia siue ante an- num luctus, siue post. vidua illa vicio carnis affue- facta sit, quia indistincte loquitur. vt cum aliis proba- uimus vbi supra, & post nos Sanchez, d. numero 8. in fin. & Azeued. in l. 5. numero 22. titulo 9. lib. 5. non. collect. Reg.

6 Dotem vero vidua semel fornicans, siue ante an- num luctus, siue post annum non amittit, vt iure op- timo probant contra multos Acofta, Molin. Ma- tien. Barbof. & Zeuall. eosque referens. & sequitur Sanchez vbi supra, num. 9. & est magis communis hac sententia, & in practica recepta secundum Aze- ued. in d. l. 4. numero 131. vbi etiam quod est sequen- da hac opinio communior indistincte indicando, & consulendo.

7 Praxidit tamen poena imposta viduæ luxurio- se viuenti, siue intra annum luctus, vel post mini- me debentur in foro conscientie, nisi post con- demnationem saltem criminis declaratoriam, vt la- tissime pro vtraque parte hanc questionem disse- rans Thomas Sanchez d. lib. 7. disputatione 90. nume- ro 10. cum sequentibus, sic eam resoluit, numero 11. per totum.

8 Ex quibus infertur, vxorem, cui maritus lega- uit mille sub conditione si caste, & honeste vixe- rit, vel donec caste, & honeste vixerit, secundo nu- bentem legatum amittere, licet caste viuere is di- catur, qui vitam coniugalem elegit, cap. Nicena 31. distinctione, D. Thom. 2. 2. quest. 151. articulo 1. ita tenent Angel. & Alex. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.

9 Idem esse dicentes, si d. conditio adiecta sit ab aliquo filio pramortui mariti, secus vero si a patre, vel ab aliis consanguineis ipsius viduæ transeuntis ad secundas nuptias, aliove extraneo, qui non est sed prioris viri consanguineus filii, vel alteri fœmi- næ sub d. conditione legatum fiat, quia tunc non amittit fœmina illud legatum, etiam si nubat, secun- dum eisdem, quorum opinio communis est. vt plures allegans testatur D. Couar. in quarto de sponsalib. secunda parte cap. 3. §. 9. numero 12. vbi in fin. d. nume- ri 12. quod quamuis Angel. vbi supra, Barbat. & Pa- risf. quos ibi citat, dicant mulierem minime caste viuere, quæ tertio nupserit, eorum tamen opinio non aliter sibi placet, (scilicet Couar.) inquit, quam si referatur ad maritum, vel eius filios d. clau- sulam adicientes: eandem resolutionem commu- nem in omnibus supradictis sequitur, & probat alios plures allegans Ant. Gom. in d. l. 14. Taur. numero 9. per totum, eandem distinctionem tenet Greg. Lopez in l. 1. in glossa, o mas, titulo 12. parva 4. & alii quam-

plurimi DD. quos refert, & sequitur dicens esse probabiliorem Thomas Sanchez d. lib. 7. disputatione 91. numero 16. referens in numero 14. & 15. alias duas opi- niones diuersas in hoc, sed precedens distinctio est receptissima, & tenenda, & numero 17. cum sequen- tibus eam plurimis modis ampliat, & limitat, qui om- nino sunt videndi apud ipsum, quia totam matie- riam explanant.

Si tamen maritus vxori leget vsumfructum omni- um bonorum suorum, donec castam, honestam. & vidualem vitam seruauerit, & casu, quo voluerit ad secundas nuptias transire, legat ei centum; si ipsa turpem vitam ducat, perdat vsumfructum, at- si post vitam illam turpem nubat, non perdet illa centum sibi legata, ita tenet & probat Simon de Prat. de interpret. vltim. volum. lib. 1. interpretatione 1. circa legata, dubio 10. numero 121. quem sequitur San- chez vbi supra, numero 12.

Obseruandum tamen est, quod vidua fornicans priuatur etiam proprietate bonorum ex prioris viri substantia acquisitorum, & tenetur eam restituere filiis prioris matrimonij, ac si ad secundas nuptias transisset, ne plus operetur luxuria, quam castitas, contra text. in Auth. de restitutione. & ea quæ parit in vndecimo mense post mortem viri. §. fin. & quia vt praximus hac cap. num. 2. fœmina fornicans, siue intra annum luctus, siue post incurrit omnes poenas secundo nubentibus post annum luctus statutas. vt cum aliis probat Azeued. in l. 4. numero 10. & 11. titu- lo 1. lib. 5. non. collect. Reg. quare merito cum hac ob- seruatione est communis omnium fere sententia secun- dum Thom. Sanch. qui plurimos eam tenentes refert d. lib. 7. disputatione 90. numero 13. quamuis ipse ibi numero 14. contra eam tenet cum Ant. Gom. in d. l. 14. Taur. num. 16.

Fatetur tamen, quod quamuis in foro externo hac via secunda opinio non caret scrupulo, eo quod contraria sit communis ac tantorum Docto- rum autoritate fulcita, at in foro conscientie cre- dit nullatenus esse locum huic reservationi bono- rum ob fornicationem viduæ, donec sententia iudicis ea poena damnetur, quamuis dum transit ad secun- das nuptias, eam sententiam non desiderari di- xerit disputatione precedenti. numero 2. Ego in foro conscientie sequor hanc sententiam Sanch. contra Nauar. quem refert cum eo. transeuntibus, in d. 4. num. 18. in foro vero exteriori communem prio- rem omnino sequor, & proba ac tenendam esse cen- seo in iudicando, & consulendo. vt potè veriorum, & receptiorum.

Et procedit etiam ex vnico stupro, vt sentiant DD. tenentes eam.

An autem eadem poena habeat locum in viduo luxuriose viuente maxime controuertitur per DD. de quibus per Sanchez vbi supra, d. numero 13. & 14. qui cum Pinelo in l. vltima, numero 19. C. de bon. mat- tern. eius videtur esse sententia, vt contrarium sit dicendum in viro viduo luxuriose viuente, quam in fœmina.

Sicut alias videmus, quod licet mulieri luxuriose viuenti potest fieri interdictio bonorum per iudi- cem tanquam prodige, vt cum communi resolu- unt DD. præcipue Anton. Gom. in l. 14. Taur. sub numero 13. versiculo imo quod magis est, & relati per Pinel. in d. l. 1. in fin. numero 20. hoc tamen non habet locum in masculo luxuriose viuente, quia non debet sibi fieri ex hoc interdictio bonorum, quia sexus mulieris est debilius, & fragilior, ita tenent Specul. & alii communiter DD. quos refert, & sequitur Anton. Gom. vbi supra, numero 14. & est verius, & receptius secundum Arias Pinel. in d. l. 1. in numero 24. el primero, C. de bon. matern. Vnde idem dicendum vide-

videtur in proposito in viduo luxuriose viuente, vt minime tenetur ad reservationem bonorum faciendam filiis prioris matrimonij contra Tituent, & alios quos refert Sanchez vbi supra, d. numero 13. quare ego procliorum sum in hanc sententiam in fau- orem viri, vt secus sit in eo in hoc articulo, quam in fœmina luxuriose viuente, licet non difficiat opi- nionem Tituent, & aliorum contrariam probabi- lem, & sequitam quoque esse.

15 Vidua similiter fornicans amittit tutelam, vel tute- lam filiorum, vt late probauimus de tut. prima par- te, cap. 9. numero 19. & plures referens Azeued. in lib. 4. num. 14. titulo 1. lib. 31. non. collect. Reg. estque com- munis sententia; vt nos tenent, & alios plurimos af- firmat Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio disput. 90. numero 15. per totum; vbi ampliat, vt per solos tactus in- honestus manifestum; & omissa impudica amittat tutelam, & curam, eo quod non seruetur intacta pu- dicitia: & quod ipso iure cesset tutela per vitam lu- xuriosam viduæ, & quod peccet moraliter vidua fornicans retinendo tutelam filiorum secundum Nauar. in summi. ad annual. cap. 25. numero 67. item & quod vidua fornicans indistincte perdat tutelam siue intra annum luctus fornicetur siue post. secun- dum plurimos sententiam.

16 Ipse vero Sanchez ibidem num. 14. & reclus in ea est sententia, vt nulli dubium esse possit, viduam fornicantem non amittere filiorum tutelam.

17 Et in foro externo non dubitat viduam accusa- tam de fornicatione fore priuandam tutela, & sobo- lis educatione ob malos mores; sed quod non ten- netur se ab educatione abstinere donec iudex pri- uet, quia id nullo iure cauetur, item quia loquendo in foro conscientie, & ante iudicem priuandus tutela sententiam eam non amitti per vitam luxuriosam, nedum per vnam fornicationem, aut tactus, vt ibi late probat concludens contra Nauar. nullatenus peccare viduam inhonestam vitam agentem reti- nendo filiorum tutelam donec iudice ea priuatur, addens quod hoc ipsa experientia testatur, quia nullus confessorius (quod ipse audivit) negabit absolutionem viduæ fornicanti, nec omittenti tu- telam, cum viduas in id crimen labi non rarum sit, & hanc sententiam vt veritorem proba contra Nauar. vbi supra.

CAPITVLVM CXI.

De poena à testatore imposta secundis nuptiis an iure Canonico sint correctæ?

SVM MARIVM.

- 1. Condicio contrahens à nuptiis an & quando valeat?
- 2. Poena imposta à testantibus ad secundas nuptias an iure Canonico sint correctæ?
- 3. Poena imposta à testatore contrahentibus suo vo- luntate debentur ante condemnationem, & ex- equutionem, in conscientia.
- 4. Coniux cui legatum relinquatur sub conditione si caste, & honeste vixerit, tenetur in vtroque foro illud re- sistere hereditibus defuncti, si casuatenus violet etiam occulte.
- 5. Coniux non amittit legatum absolute sibi relictum à coniuge prædefuncto per transitum ad secundas nuptias.
- 6. Legatum relictum alienis sub conditione si caste, & honeste vixerit, an amittatur per vnicam fornicationem.
- 7. Legatum relictum pro maritandis feminis non potest dari viduæ secundo nubentibus.

8 Legatum relictum vxori an debeatur secunda vxori, que non erat tempore testamenti, & num. 9.

9 Legatum relictum feminis maritandis, an possit dari fœmina maritata sine dote, vel cum modica dote.

10 Legatum relictum pro fœmina maritanda, an debeatur fœmina tempore testamenti maritata?

11 Legatum relictum consanguineis maritandis, an debeatur consanguineæ maritata post mortem testato- ris? &c. & sic.

Conditio testatoris excludens nuptias reji- citur, quando is, cui imponitur, nunquam matrimonium contraxit, aut contrahendum non consummauit, secus quando femel il- lud celebravit, & consummauit, quod in vtroque foro procedit, vt probauit late Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 1. disputatione 34. numero 30. multa dispu- tatione 33. numero 1. diximus supra alio cap. valebit igitur in vtroque foro conditio non transeundi ad secundas nuptias viro, vel vxori imposta, qui prius consummarunt, vt cum comitum probauit idem Author dict. disputatione 34. numero 31. ideoque merito Marien. in lib. 3. glossa 2. numero 14. tit. 1. lib. 5. nona collect. Reg. dixit, virum, cui vxor legatum reliquit, sub conditione non transeundi ad secun- das nuptias, illud amittere transeundo, quem se- quitur Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 7. disputatione 91. numero 5.

Pœna igitur à testatoribus imposta in suis tes- tamentis transeuntibus ad secundas nuptias non sunt correctæ iure Canonico, sed poenæ tantum lega- les: vt patet ex cap. fin. de secundis nupr. ibi: Lega- tis infamia sustinere iacturam, & ibi: Cum in his præsertim seculares leges non dedignant, Sacros Canones imitari, & in terminis ita tenent Ioan. Gar- son, in rubrica, C. de secundis nupr. in noua editione post nonam poenam, numero 22. & remed. 4. contra poenas se- cundæ nubent. numero 125. & in l. 1. C. eodem titulo, nu- mero 135. in fin. versio. aduerte tamen 1. Palat. Rub. in l. 15. Taur. numero 5. & 6. Guillier. Bened. in cap. Ray- nius, verbo, qui cum alia, numero 166. in fin. & numero 197. de testamenti. D. Couar. in quarto de sponsal. 2. parte, cap. 3. §. 9. numero 11. Anton. Cuch. lib. 4. Institut. mat. tit. 12. numero 120. Marien. de conuict. vltimar. vltim. lib. 11. tit. 19. numero 2. in fin. idem Marien. in lib. 3. gloss. 2. num. 14. tit. 1. lib. 5. non. collect. Reg. & alios al- legans Sanch. d. disput. 91. num. 1.

Quinimo, quamuis alias regulare sit poenam non obligare in foro conscientie ante iudicis sententiam, vt late probauimus lib. 2. Canon. questionum cap. 5. num. 14. hoc tamen fallit in poena à testatore adiecta, nam debetur statim ac incurritur in foro conscientie, non expectata vlla iudicis condemnatione, aut ex- equutione, vt cum Couar. & aliis resoluimus vbi su- pra, num. 16. & congerit plurimos eos sequutus San- chez vbi supra, num. 3. estque receptissima, & indubia sententia, quam ibi bene probat.

Inde num. 3. deducens nobiscum, & cum aliis, con- iugem, cui vsumfructus, vel aliud legatum relicta sunt hac lege, vt caste viuat, teneri in foro conscientie illud restituere hereditibus defuncti si castitatem violet: addens, idem dicendum esse si sub conditio- ne hæres instituitur, nam vbi conditioni non parue- rit, tenetur in vtroque foro hereditatem restituere, & num. 4. non referre quantumvis occulte non pareatur conditioni, sed violetur castitas, vt ibi bene probat cum aliis contra Menchacum.

Legatum tamen absolute relictum à coniuge coniugi non amittitur per transitum ad secundas nuptias, quia absque conditione relictum est, ac nullo iure cauetur id amitti, nisi quando vidua intra annum luctus secundo nuberet, id quod de iure

Canonico correctum esse probauimus, & in terminis ita tenent Couarr. & alii, quos refert, & sequitur Sanch. ubi supra, num. 12. ubi etiam agit de usufructu, & alimentis legatis, & idem in cis probat post alios, quos citat, loquimur, quando non sunt filij prioris matrimonij: si enim hi extarent, seruanda sunt, quae diximus cap. abhinc secundo.

6 An autem legatum relictum alicui sub conditione, caele, & honeste viuendi amittatur, nec ne per vicinam fornicationem, agit latissime Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 91. num. 31. cum pluribus sequentibus omnino videndis quos casus in praxi acciderit: qui numero 47. cum sequentibus, similiter late agit, an legatum coniugii a coniugere relicto, quando cum filiis coniugis legatus commoratus fuerit, amittatur per transfusum ad secundas nuptias coniugis superstitis volentis commorari cum praed. filiis? & alia opportuna in materia addit, & declarat.

7 Legatum relictum pro maritandis feminis regulariter non potest dari, aut conferri viduis secundo nubentibus, quia ea verba testatoris de solis primis nuptiis intelligi debent, l. bones. §. hoc sermone, ff. de verbor. sensib. hoc sermone dum nupta erit, prima nuptia significatur, & ibi Piraequel. in principio, numero 111. plures citat hoc tenentes, & fuit opinio Bart. in prologo Decretal. numero 25. & tenet Guiliel. Bened. in cap. Raynuius de testam. verbo qui cum alia, num. 79. Mantica. de conuict. ultim. volun. lib. 1. tit. 3. num. 21. & alios referens Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 91. numero 55. vbi num. sequentibus pluribus modis hoc temperat: primo nisi vidua nuptura, prius matrimonium non consummauerit, quia tunc potest capere id legatum: secundo nisi prius matrimonium irritum fuerit: tertio nisi nulle essent feminis etate nubiles, quibus possit id legatum impertiri, tunc namque ex verisimili testatoris mente, ne opus pium differatur, potest id legatum dari feminis viduis, non enim potest id legatum dari nisi feminis, quae sunt etate nubiles, nempe 12. annos natae, vt sentiunt communiter DD. secundum Garron. in Rubrica, C. de secundis nupt. in noua editione, numero 5. post Bald. in l. canonicum, in fin. C. de nupt. refert, & sequitur Sanch. ubi supra, numero 57. & 51. vbi cum Bald. id limitat, nisi legatum relictum esset pro certa persona maritanda, vt ibi per eum.

8 Quod si vir alicui legat vxori, hoc legatum non debetur secunda vxori, quam post testamentum priore defuncta duxit, vt lego vxori meae Mariae. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumptione 122. num. 14. qui alius relatus hoc limitat num. 15. nisi posteriori vxori nomen prioris imposuisset, tunc enim censetur loco prioris subrogata, l. filia §. vltim. ff. de condit. & demonstrat. sequitur Sanch. ubi supra, num. 58.

9 Si vero legatum sit a viro vxori sub nomine appellatio, vt lego vxori meae: sunt in hoc opiniones, quas referunt D. Couarr. in cap. requisisti, numero 3. de testamentis. Mantica de conuict. ultim. volun. lib. 8. titulo 15. numero 1. & 2. & Menoch. ubi supra, numero 8. qui numero 11. & 12. tenet deberi posteriori vxori: inquit tamen Sanchez ubi supra, numero 59. quod quamuis hoc sit latius probabile, sibi tamen placet concordia, quam ex aliis Doctoribus referunt atque sequuntur Couarr. & Mantica ubi supra vterque numero 3. nempe quod si testator coniugatus erat tempore testamenti, intelligitur id legatum de sola vxore praesenti, si vero tunc temporis coniugatus non erat, debetur cuiusque vxori, quam tempore mortis testator habebat: & numero 60. hoc temperat certo modo.

10 Et quid de legato relicto feminis maritandis, an possit dari iam maritatis sine dote, vel cum modica dote, quando vir ea inopia laborat, vt non sit susti-

nendo onera matrimonij? agit ibidem Sanchez, numero 63. & 64. & ita distinguit, vt si verba testatoris ita se habent, dentur mille ad puellas dotandas, id fieri possit: scus si puellae maritandae legatum relictum sit, quia vere illa puella non est maritanda.

Sed quid si pro persona certa maritanda legatum relictum sit, & ea tempore testamenti erat iam maritata? & ceteri exintestato legatum, si viuo testatore, & eo inscio auferat, scus si testator nuptiarum conscius, ac potens testamentum mutare, & non mutauit, tunc namque praesumitur ipsum voluisse in eadem voluntate persistere, tenet Mantica de conuict. ultim. volun. lib. 12. titulo 1. numero 17. cuius fundamentum extra rem est secundum Sanchez ubi supra, numero 65. & ideo dicendum esse ailegatum pro certa persona maritanda deberi, quamuis ea tempore testamenti maritata esset, & a fortiori, si postea nubat testatore superstiti, vt ibi probat alios referens.

Et numero 66. similiter credit relictum consanguineis maritandis, quamuis nequeat conferri consanguineis tempore testamenti coniugatis, vt praediximus, at si testatore mortuo nupsisset, existimat cum duobus fratribus ex Doctoribus illius Regij Praetorij Graenensis posse illi dari, quod non omnino incerta persona relictum sit, sed quodammodo certae, nempe personae ex genere testatoris, & quando nupsit habebat iam iam aequale ad hoc legatum acquisitum a testatoris morte.

CAPITVLVM CXII.

De impedimento impotentiae frigiditatis.

SUMMARIVM.

- 1 Impotentia perpetua ad copulam reddit irritum subsequens matrimonium non solum iure Canonico, sed etiam iure naturali, vt in num. 2.
- 2 Impotentia temporalis non dirimit matrimonium subsequens, num. 1. quod procedit etiam si ipsa ignorata ab altero contrahente, num. 3.
- 3 Impotentia temporalis consensu an peccet contrahenda matrimonium?
- 4 Impotentia coeundi, qua non est vera impotentia, sed solum maxima difficultas, non dirimit matrimonium, vt in exemplo hoc posito.
- 5 Arcta mulier super incisionem potest apta reddi matrimonio, an valde contrahat?
- 6 Et quid si nequeat eum arctitudinis succurrere per incisionem, numero 10.
- 7 Potentia feminandi intra vas mulieris an requiratur ad valorem matrimonij, et an non sufficiat potentia penetrandi.
- 8 Semen femininum an sit precisum ad generandum?
- 9 Semen pars viri intra vas mulieris, licet non totum, an sufficiat ad matrimonij valorem?
- 10 Eunuchus vno testiculo tantum carens valde contrahit matrimonium.
- 11 Senes possunt valde contrahere matrimonium, Et quid in sine decrepto, numero 13.
- 12 Et in femina quantumcumque vetula, num. 14.
- 13 Et in sine adeo exhausto, vt omnino impotens sit, n. 15.
- 14 Steriles an matrimonium contrahere valde possunt?
- 15 Femina apta copula, non tamen potente parere, an valde contrahat matrimonium.
- 16 Et quid si taliter affecta esset vt certum foret omnes filios mortuos parere, num. 18.

Tractatus de Matrimonio Cap. CXII.

19 Impotentia naturalis viri an detur respectu vnius femina tantum.

20 Matrimonium est irritum quando ob excessum membri virilis mulier cognoscit non potest carnaliter remediis debitis adhibitis.

21 Impedimentum perpetuum ad dirimendum matrimonium quando dicitur tam ex parte viri, quam feminae?

22 Impedimentum cui absque miraculo subueniri non potest, dirimit matrimonium contractum.

Et quid quando per opus humanum auferri non potest absque peccato, num. 23.

24 Maleficium quando auferri non potest absque alio maleficio, an dirimat matrimonium.

25 Arcta femina an valde contrahat matrimonium, quando a viro proprio non frigidit cognoscit non potest, si ab alio peritro cognoscit passit, aut iam aptata est.

Et quid tunc praesumatur de iure, num. 26.

27 Impedimentum impotentiae si iudicio medicorum medicabile sit absque corporali periculo, quamuis femina renuat incisionem, &c. an dirimat matrimonium? & quomodo hoc intelligatur, num. 29. & 30.

28 Cap. fraternitatis de frige, & malef. intellectus.

31 Arcta femina nupta cuius arctitudinis iudicio medicorum potest subueniri per incisionem, absque periculo, an teneatur illam pati?

32 Matrimonio dissoluto ob vitiumque coniugis impedimentum, et alterius tantum, an & quando aliud matrimonium interdicatur?

Impotentia perpetua ad copulam reddit irritum subsequens matrimonium, tex. in cap. 2. & per totum de frige, & malef. temporalis autem impotentia id non dirimit, vt constat ex cap. fraternitas, versiculo quamuis igitur eodem titulo: de perpetua est etiam tex. in l. 17. in versiculo, la 12. titulo 2. parua. 4. ibi, la duodecima cosa que embarga el casamiento, & lo desfaze (si es fecho) es quando el hombre ha tan fria natura, que non puede yazer con la muger, & l. 6. tit. 8. parua 4. quae ita se habet.

Erio sciendo algun hombre naturalmente, de manera que non puede yazer con muger, si cae en fecho que caesise, & se querellasse alguna de los ante el juez de Sancto Iglesia: diciendo que los departan por razon de tal embargo, deuenos dar plazo de tres años, & tomar la yora a de los, & guardar todas las otras cosas que dize en la ley ante desta: que deuenos ser fechos, & guardados en los maleficiados ante que se departa el casamiento. E esto se entiende si la muger fuese virgen, porque por su cuerpo puede mostrar manifestamente, que en tiempo de los tres años non la pudo conocer. Mas si tal hombre que fuese frio de natura caesise con muger corrupta deuese entender dotti a gusto. Ca si la muger de si que entendiese que el marido era asi embargado non lo querellasse luego, o lo mas tarde fasta un mes: si despues se querellasse, & el marido dixiesse, que non era asi, & jurasse que la conociera carnalmente. E sionce non deve auer el plazo de tres años, nin deue ser yada libre esta razon, porque sospecha es contra ella, que pues que tantos dias sionce que non querello, que ouo ver con ella: & por ende deve ser creydo el marido, & non ella. Pero si ella se querellasse luego, o ante del mes deuenla oyr, & darle plazo de los tres años, & guardar todas las otras cosas, que son dichas en la ley ante desta. E esto mismo deuen fazer si el marido, & la muger otorgassen, que auia entre ellos tal embargo.

Et non solum iure Pontificio dirimitur matrimonium, per impotentiam perpetuam ad copulam, sed etiam iure naturali, iuxta verissimam sententiam Theolog. quam contra alios sequitur, & late probat Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. disputacione 98. n. 2. vbi n. seqq. pluribus modis, & casibus id ampliat, licet contrarium latissime, vt probabiliorem sibi de-

sendat Frater Basil. de impedimento matrimonij. c. 31. §. 2. cum sequentibus, pag. 256. sed in his nostris Regis prior sententia approbatur in praed. II. Regia.

Et procedit, quod praediximus de impotentia temporali, etiam si ipsa sit ignorata ab altero contrahente, adhuc namque minime obstat valori matrimonij, quod patet, quia nullo iure Ecclesiastico contrarium cauetur, imo eius valori valde opitulatur textus de hoc impedimento loquentes, in diffinitione enim decidunt impotentiam temporalem non irritare matrimonium, vt patet ex d. c. fraternitatis, nec etiam iure naturali dirimit, quia huiusmodi impotentia temporalis non tollit simpliciter matrimonij finem, sed secundum quid, scilicet pro aliquo tempore, ac proinde non efficit voluntarium simpliciter, sed secundum quid, in ista erroris qualitate, quibus & aliis fundamentis pro hac sententia sunt vniuersi prope Theologi, & Iurisperiti, qui cum D. Thom. in 4. dist. 34. q. vnic. art. 2. in corpore, indistincte tradunt impotentiam temporalem non obstat valori matrimonij: & in propriis terminis ita docent, & probant Petrus de Ledelma de matrim. q. 58. art. 1. in difficultate princ. paulo ante solutionem. ad argumenta, & Manuel Rodrig. in sua summa 1. tom. in 2. editione, c. 253. num. 1. in fin. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 92. num. 4. aduersus Sorum, & Enriquez, quorum opin. retulerat ibidem, num. 3.

Et num. 5. agit, an saltem sit reus alicuius culpa consensu sua impotentiae temporalis, si ea durante, matrimonium contrahat, & refert nonnullos Theologos id affirmantes: ipse tamen existimat nullam esse culpam ex natura rei: at posse esse ratione deceptionis coniugis potens, quando diu duratura esset impotentia, & ei non detegeretur, vt ibi bene latius probat. Vnde si coniugis potens alius consensu esset illius impotentiae temporalis alterius coniugis, licet ab eo, eiusque parte non detegeretur, cum tamen scierit cum eo coniugis potens contraheret matrimonium nulla culpa impotentiae temporaliter imputari poterit, iuxta regulas juris, quae habent, eum, qui certus est non oportere amplius certiorari, & aliam, quod scienti non fit fraus nec iniuria.

Impotentia vero coeundi, quae non est vera impotentia, sed solum maxima difficultas, non dirimit matrimonium, veluti si potest esse vera commixtio, sed cum maxima difficultate, & periculo & gritudinis, vt constat ex cap. 2. de coniug. leproso, vbi deciditur, matrimonium contractum cum leproso esse validum: & ex cap. fraternitatis de frige, & malef.

Vbi, quando per incisionem absque mortis periculo factam potest mulier arcta reddi apta copulae, valet matrimonium, & tamen in vtroque euentu est maxima difficultas: haec conclusio est certissima ex dictis iuris, & eam in terminis probant ubi supra Ledelma amepente, columna 3. in solutione ad §. & Sanchez numero 6.

Ad valorem tamen matrimonij non sufficit potentia penetrandi vas femineum, sed requiritur potentia feminandi intra illud: vnde potens coire, impotens tamen perpetuo ad sensum emittendum in vas, vel quia nullo modo seminat, vel quia praenatum calore ita praepropere, vt vas expectare nequeat, est incapax matrimonij, si id vitium ita sit perpetuum, vt nulla medicina ope tolli possit: haec est communis, & omnium receptissima sententia, quam nos quoque tenuimus lib. 1. Canonice, questionum, cap. 16. numero 18. & alij infiniti Authores Theologi, & Iurisperiti, quos in vnum congerit, & sequitur Thomas Sanchez d. disputacione 92. numero septimo, lib. septimo, de matrim. reprobandis numero octavo aliquos, qui contrarium tenebant, & affirmans nullatenus recedendum esse a praedictis. E e cedentibus.

cedenti doctrina communi, quae verissima est, & numero 12. agit, an ipsa procedat quando mulier, conscia impedimenti illius cedit iuri suo, valeatne, tunc matrimonium, aut non? & numero 13, an aliquid referat in proposito, qua ex causa impotentia, haec in vitro confurgat, & resoluit nihil referre quancunque ex causa impedimentum perpetua impotentia confurgat, quando mediis adhibitis ac experientia triennali praemissa impotentia non cesset, tunc namque dissoluetur matrimonium, vt docent D. Thom. & alij communiter DD. quos ibi refert, & sequitur.

8 Quod si vir seminare possit intra vas, ac foemina, incapax esset feminis virilis recipiendi, quamuis ipsa, impotens esset ad seminandum, validum esset matrimonium inter eos contractum, eo quod semen foemineum non sit praecise ad generandum necessarium, quamuis valde conferat, vt tenuimus d. lib. primo Canonice, quaestio cap. 16. numero 16. & alij post nos, quos refert Sanchez vbi supra, numero 9, dicens non tamen hoc esse adeo certum, quin oppositum sit probabile. Nihilominus tamen magis receptum est, quod praediximus, vt constat ex numero Authorum idretractum, & praeterea in dubio pro matrimonio iudicandum est, iuxta text. in ca. fin. de sententia & re iudic.

9 Addit Sanchez numero 10. cum Ouan. quem citat, non esse censendum matrimonium nullum, si vir non totum semen possit intra vas fundere, sed partem, quod ea feminis pars intra vas recepta sufficiens sit ad consummandum matrimonium, & efficiendum coniuges vnam carnem.

10 Si autem foemina tam arcta esset, vt non posset, semen intra vas recipere, nec arte aliqua iuuari posset, est incapax matrimonij, ita tenent quamplures DD. quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, num. 11, addens cum Ouan. secus esse, si foemina semen recipere possit intra vas, quamuis semen susceptum retinere nequiret, quia tunc valet matrimonium, tunc namque vere consummatur ac efficiuntur coniuges vna caro, & ipsa solum sterilis est.

11 De matrimonio euuachorum, vnum tantum testiculum habentium, & virilia sana, & integra indubium est esse validum, vt cum communi Doctorum sententia probat Sanchez vbi supra, numero 15, si autem, vtrobique testiculo careant iure communi attentio magna controuersa erat inter DD. vtriusque Scholae, an possent valide matrim. contrahere necne? hodie tamen a tenore Motu proprio Sixti V. in hoc lato, proculdubio matrimonium contrahere prohibentur, & inhabiles ad hoc sunt declarati, vt late deduximus lib. 1. Canon. quaestio, ca. 16. num. 8. & vltim. in secunda editione, & nobiscum latissime Sanchez vbi supra, numero 15. cum sequentibus.

12 De senibus autem certissimum est apud omnes, & vsus Ecclesiae habet, quod possint (si aliud non obstat) matrimonium contrahere, & sic quod sola senectus non obstat matrimonij valore, derogata antiqua lege Papia contraria tanquam iniqua abrogata, nullus namque est adeo senex, quin aliquando natura, vel saltem medicinae arte possit ad coitum, calere, vt inquit glossa in cap. nuptiarum 27. quaest. 1. verbo in quibusdam, & alios allegans Tiraquell. in lib. conu. thol. glossa 1. parte 6. num. 19. & ideo hoc docet Sanchez, Thom. in 4. distinctione 34. quaestio unica, articulo 2. ad 3, quem cuncti sequuntur, secundum Sanchez d. disp. 92. n. 19. vbi etiam quod est certissimum apud omnes, & quod vsus Ecclesiae ad comprobatur.

13 Et quamuis in senes decrepito hoc negauerit Fortius in principio, Instaura de nupr. columna 4. ad finem in versic. in sine gloss. & dubius manserit Ant. Gomez in l. 9. Taur. n. 37. in fin. & Henriquez lib. 12. de matrimo-

nio, ca. 7. numero 3. in c. notenti. littera X. dixerit non esse improbabile: nihilominus tamen verius, & receptius est, senes etiam decrepitos capaces esse matrimonij, si nullo alio impedimento praeter senectutem laborent ex supradictis, & quia vsus Ecclesiae nullos senes a matrimonio contrahendo rejicit, & in terminis ita tenet post alios D. Couar. in quatuor sponfal. secunda parte, ca. 8. §. 2. num. 10. versic. 9. Petrus Duenas in regula 370. limitatione 1. Mantie. de coniect. vltim. volum. lib. 11. titulo 13. Andreas Gail. lib. 2. practice. obseruat. cap. 141. num. 8. Rojas in Epitom. success. cap. 2. num. 21. Matienq. in l. 10. glossa 3. num. 2. tit. 8. lib. 5. nou. collecti. Reg. Manuel Rodrig. in suis quaestionibus regular. tom. 1. quaest. 13. art. 1. & plures alios Theologos, & Iuristas referens sequitur Thom. Sanch. vbi supra, num. 20. & 21.

Vbi numero 22. quod hoc in foemina quantumcunque vetula certius est, quia frigiditas coitum viri senis impediens ipsi non obstat, vt pote, quae patiens est, & semen recipit, ad quod calor iuuenilis minime desideratur, Syluest. verbo matrimonium d. quaest. 16. dicto 4. in fin. Anton. Cuch. lib. 1. inst. ma. 11. 12. num. 262 & Barbof. in l. 1. 1. part. num. 97. ff. solut. matrim.

Quod si vir senex sit adeo exhaustus, vt omnino impotens sit ad copulam habendam, nec iudicio medicorum iuuari arte possit, adhuc hunc capacem esse matrimonij contrahendi, sunt, qui ptobent, & teneant, quia semper habitu retinet intrinsecam feminandi intra vas potentiam, ac senio per accidens impeditam, ita videntur sentire Ant. de Butrio m. c. 2. num. 5. de frigid. & malef. Ial. in l. sed est quaestio, num. 1. ff. de lib. & postb. Roland. a Valle de iuro do. quaest. 103. num. 17. tom. 9. tract. diuers. in nouis, & tenent in terminis Summa Tabien. verbo impedimentum, impedimento 12. quaest. 3. numero 4. Nauar. lib. 4. consil. in prior editione, tit. de sponfal. consil. 39. numero 15. & 18. in posteriori autem editione, titulo de sponfal. impub. consil. 4. numero 15. & 18. Manuel Rodrig. in sua Summa 1. tom. 2. editione, cap. 235. conclusionem 5. numero quinto, Vega in secundo tom. sua Summa, cap. 117. §. 4. quatuor, ca. 51.

Sed verissima, & receptissima nostrorum Doctorum est in contrarium, nempe huiusmodi senem esse matrimonij incapacem, nihil namque refert confurgat impotentia perpetua, ac nulla arte reparabilis, siue a natura, siue ex accidenti, cum is non possit ad copulam, vt pote sibi impossibile obligari: huius opin. videtur fuisse gloss. in ca. 2. in fin. de frigid. & malef. & ibi Innoc. num. vnic. Abb. 5. Anchar. num. 2. & alij: & in propriis terminis ita tenent gloss. in d. l. sed est quaestio 6. verbo nec etas. ff. de lib. & postb. & additio ad gloss. in l. sancimus, verbo homines, C. de nupr. Hostienf. in d. ca. 2. in fin. de frigid. & malef. & ibi Praepos. num. 4. Alex. de Neuo, num. etiam 4. Greg. Lop. in l. 1. in fin. tit. 2. part. 1. Ant. Cuch. lib. 5. inst. ma. 11. 12. n. 217. Matienq. in rubrica gloss. 1. num. 193. tit. 1. lib. 5. noua collecti. Reg. & nos lib. 1. Canonice, quaestio cap. 16. num. 13. Barbof. vbi supra, numero 9. & alij quamplures Iurista, & Theologi, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 92. num. 2. vbi ad fin. alius numeri cum aliis idem esse probat, si senex ille possit quidem coire, non tamen seminare intra vas, tunc namque irritum quoque esset matrimonium.

De matrimonio autem steriliu quid dicendum sit, dubitant Doctores, quibusdam existimantibus minime id validum esse, quia sicut matrimonium ordinatur ad copulam, ita ad prolis generationem, imo est potissimum finis prolis generatio, ita tenet Felin. in cap. cum, fit numero decimo quinto, versic. de nupr. scire, de fin. compet. & Ial. consil. 115. numero primo, volumine primo, dicitur non esse proprie matrimonium,

monium, vbi mulier sexagenaria matrimonium contrahit.

Contraria tamen in hoc sententia, nempe sterilitatem nihil obesse valori matrimonij, certissima est, & tenenda, eo quod Ecclesiae vsus ita habeat, quia nunquam auditum est dissoluisse aliquod conjugium ratione sterilitatis, imo passim admittit senes ad illud incedendum, vt testatur (& ipse quoque, seipsum vidi) Thomas Sanchez vbi supra, respondens fundamentis contrariae partis, & tandem quia licet matrimonium frustreret sine primario prolis generationis, consequitur tamen finem secundarium, nempe, satisfacere concupiscentiae vera copula habita, quod ad eius valorem sufficit: ita sustinet D. Thom. in quarto, distinctione 34. quaestio unica, articulo 2. ad 3. receptus passim ab omnibus Theologis, & Iuristis, & exceptis, quos supra pro contraria parte retulimus, quos bene impugnat Barbof. in d. l. prima, parte prima, numero 98. ff. solut. matrimonio, teste Sanchez vbi supra.

17 Maior autem difficultas esse videtur in illa quaestione de foemina non potente petere absque manifesto moris propriae periculo, cum tamen apta copula sit, an hac impotentia matrimonium dirimatur necne? in quo duas opiniones contrarias, vt probabiles cum suis Authoribus, & fundamentis refert Sanchez vbi supra numero 27. & 28. & tandem probabilis sibi esse affirmat matrimonium illius foeminae esse validum, vt late probat d. numero 28. & numero 29. cum aliis tenet, similiter valere matrimonium, si mulier potens sit ad reddendum debitum, & si taliter affecta esset, vt certum esset fore, vt filios omnes mortuos pareret, vtrumque mihi placet, & sequor.

19 Vterius prosequendo materiam dubitari etiam poterit, an detur aliqua impotentia naturalis respectiva, ac perpetua dirimens matrimonium respectu vnus tantum, aut alterius foeminae? quam quaestio nem late pro vtraque parte examinat Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. disputatione 93. numero 2. 3. & 4. vbi late probat, & resoluit cum aliis pluribus, quod in hac re dubitari nequit, quin si vera detur impotentia naturale perpetuum, respectu vnus, & non respectu alterius foeminae vndeque id confurgat, dirimat matrimonium respectu illius foeminae solius, erga quam est impotentia, vt ibi late probat.

20 Hinc deducens numero 4., quod quando propter membri virilis excessum foemina non potest cognosci, nec arte aliqua huic impedimento succurri potest, erit irritum matrimonium cum illa quamuis cum aliis non sit tale, erga quas excessus ille membri copulam non impedit, vt tenent plures Auctores Theologi, quos ibi ad hoc refert, & Matienq. in rubrica glossa 1. numero 197. tit. 1. lib. 5. nou. collecti. Reg. addit Sanchez, contra plures non esse necessarium in hoc euentu Pontificem consulere, idemque esse dicendum quando ob membri virilis grossitum impeditur copula cum certa foemina, si hoc impedimentum nequit medicina auferri: tunc namque impeditur, & irritabitur matrimonium cum illa, respectu cuius est impedimentum, secundum Hostienf. & alios, quos citat, & Gregor. Lopez in l. 17. verbo, et membrum, titulo 2. part. 4.

21 Secundo dubitatur, quando in hac materia dicitur, & sit impedimentum perpetuum, siue confurgat ex parte viri, siue ex architudine, aut virginitate foeminae, ita vt respectu illius, ad quam est, dirimat matrimonium? & in hoc habemus text. in c. fraternitatis de frigid. & malef. vbi loquens text. de foemina arcta, quae a viro, cui nupletat, cognosci nequit, regulam generalem constituit ad cognoscendum quando

impotentia censetur perpetua, ac ob id matrimonium dirimat ita dicens: Non tamen perspicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod praeter diuinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo poterat remoueri, sententiam diuortij per errorem, licet probabilem, nouimus esse prolatam, cum pateat ex post facto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur, & ideo inter ipsam, & primum virum dicimus matrimonium extitisse: ex quo text. Doctores communiter colligunt eam impotentiam censeri perpetuam, quae nulla arte humana, absque moris periculo remoueri potest, & ideo si solo miraculo auferri possit, esse perpetuam, & similiter si possit, per opus humanum, non tamen, absque corporis periculo, at vero esse temporalem, quando naturaliter sine eo periculo auferri possit: & ita concludunt vniuersi Doctores, teste Sanchez d. disputatione 93. num. 7. & cauetur in l. 2. titulo 8. part. 4.

Hinc deducitur primo, matrimonium celebratum cum viro ita impotenti, aut cum muliere sic arcta, vt illi defectui absque miraculo subueniri non possit, erit tanquam nullum dissoluetur, etsi ante dissolutionem cessauerit iam per miraculum illa impotentia: ita tenent, & probant Henric. in d. cap. fraternitatis numero 12. Dominicus a Soro in quarto Sententiarum, distinctione 34. quaestio unica, articulo secundo, columna septima, immediate ante versiculum, sed quid si. & alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, num. 8.

Secundo deducitur secundum eundem Auth. ibi numero nono, censeri impedimentum perpetuum, ac proinde dirimi matrimonium ratione illius, quando nequit auferri per opus humanum absque peccato: ideoque text. in d. cap. fraternitatis dicens esse impedimentum temporale, quod per opus humanum auferri potest, intelligi debet de opere humano licito: ita tenent communiter Theologi, & Iurista, quos ibi refert, qui sunt quamplurimi atque Gregor. Lop. in l. tertius in glossa, del segundo, titulo 8. part. 4. quarta. Hoc idem procedit in impedimento maleficiae, id enim censetur perpetuum, ac sufficiens ad dirimendum matrimonium, quando solo alio maleficio auferri potest, eo quod is auferendi modus illicitus sit, vt infra in hoc eodem impedimento maleficiae dicemus.

Tertio inferitur, idem esse dicendum de foemina arcta quae viro non frigido nupsit, & ab eo cognosci nequit, sed per coitum alterius viri potentioris potest illi aptari, aut iam aptata est, si enim consentiat per vsu cuiuscunque temporis prioris viri, aut arte medicinae absque corporis periculo non possit aptari, erit huiusmodi matrim. nullum, cum non possit absque culpa mortali fornicationis viro suo reddi apta per coitum cum alio, ita tenent communiter DD. vt constat ex Sanchez vbi supra, numero 10.

Vbi late examinat pro vtraque parte illam difficultem quaestioem, an eo ipso, quod facti experientia comperit, eam foemina arctam potuisse ab alio viro cognosci; vel matronae perit iudicari, posse a viro potentiori, praesumat jus, potuisse quoque cognosci a priori illo viro, qui nec frigiditate, nec maleficio laborabat, ac proinde iudicari, matrimonium cum illo initum esse validum necne? & refert ac fundat primam opin. quorundam tenentium id praesumi, ac proinde matrim. esse validum, & si sic dissolutum fuerit, restaurandum esse, quam tenent Innocent. in d. cap. fraternitatis, numero 1. 2. 3. & 7. & ibi Hostienf. num. 7. cum sequentibus, & ceteri communiter Scribentes, Alex. de Neuo dicens esse communem

mumem. ibidem in § quamvis, numero 17, Dominic, a Soto ubi supra.

Secunda opinio habet, non ex eo quod potuit ab alio cognosci, esse presumptionem concludentem, potuisse quoque a priori viro, & ita non inde concludi validum fuisse prius matrimonium sed inspicendum esse, an verumque vir similis sit, aetate, robore, ac membro virili, et si similes sint, presumi potuisse quoque cognosci a priori viro, ac proinde id matrimonium validum: secus si dissimiles sint, quia prior vir erat senex, debilis, vel alium defectum in virili membro patiebatur, posterior autem juvenis, vel robustior, vel eo defectu membri virilis carebat, & hanc tenent Abb. antiquus in d. cap. fraternitatis, numero secundo, & tertio & ibi glossa verbo simili, & verbo debeat: & alter Abb. de frigid. & malef. & alij quamplurimi DD. quos congerit, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra, numero 12. dicens hoc multo verius esse, inter quos ex nostris sunt Montalvus, Gregor. Lop. Cuchus, Matiens & multi Theologi, & numero 13. hoc intelligendum esse ait, quando est notabilis dissimilitudo in utrumque virum, & numero 14. quod quando haec differentia non constat, sed est res dubia, standum esse ei juris praesumptioni, ut praesumat eam foeminam potuisse a priori viro cognosci, ac proinde eius matrimon. sit validum, & instauratur, si iam dissolutum erat, quia in hoc dubio potiores sunt prioris viri partes, ut pote, qui juris praesumptionem pro se habet, ut tenent plures, quos ibi ad hoc refert: oportet ergo secundum eos aperte constare de dissimilitudine, ne praesumat prius matrimon. validum, ac restaurandum sit: & hoc verum esse, quamvis prior maritus his nuptiis dissolutis, iam ad alias migrasset: quando autem constaret notabilis inter utrumque virum dissimilitudo, non est foemina priori viro reddenda, quamvis sit dubium, an per vsum illius potuerit, quoque reddi apta, eo quod sit contra illum praesumptio secundum Paludan. in quarto, distinctione 34. quaestione secunda, articulo secundo in fine. & cum eo Sanchez d. numero 14. qui cum his declaracionibus sequitur praed. secundam sententiam satis etiam communem, & receptam, prout ego quoque idem facio.

27 Deducitur praeterea, quod si iudicio medicorum, impedimentum impotentiae medicabile sit, absque corporali periculo, quamvis foemina renuat incisionem, aut medicamenta necessaria, quibus apta reddatur, viro, firmum erit matrimonium, quia eius firmitas, & valor non pendet ex foeminae voluntate, sed ex ipsa rei natura, iuxta quam impedimentum illud temporale est, ut pote, quia potest per artem absque corporis periculo tolli, ut tenent Paludanus in 4. Sententiarum, distinctione 34. quasi. 2. articulo secundo, conclusione secunda, numero tertio, Dinus Antoninus in sua Summa tertia parte, titulo primo, cap. 12. §. primo, Dominicus a Soto in quarto, d. distinctione 34. quaestione unica, articulo secundo, columna sexta, versic. sed ait, & alij Theologi, & Iurista, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. distinctione 33. numero 15. lib. septimo, vbi cum Petro de Ledesma addit, hoc esse verum, quamvis foemina renuerit incisionem, eo quod ad eam sustinendam minime teneatur, & praeterea bene probat, quod si medici dubitarent, an immineat, mortis periculum ex illa incisione, tunc subesse periculum mortis iudicabitur.

28 Maxima tamen difficultas versatur circa intellectum tex. in d. cap. fraternitatis de frigid. & malef. quatenus decidit, esse impedimentum temporale, quod absque corporali periculo auferri potest, an intelligatur praefate de periculo corporali vitae, an grauis morbi? & in hoc gloss. in d. fraternitatis, verbo corpora-

li, & ibi Hostiens. & alij DD. tenent nomine huius corporalis periculi, intelligi periculum probabile vitae, aut grauis morbi, ut patet ex cap. fraternitatis, versiculo quamvis igitur, & l. 2. titulo 3. partita quarta, quae concordat cum d. cap. fraternitatis in illa verbis, in petro grande de illa, & ibi Gregor. Lopez in verbo grande dicens, nam si est leue periculum tollerare debet, nec non & Montalu. in l. 1. verbo si quaeratur, d. partita 4. Matiens. in rubrica, glossa 1. num. 97. titulo 1. lib. 3. nou. collect. Reg. eandem sententiam tenent, & sequuntur alij quamplures Authores Theologi, & Iurista, quos congerit Sanchez, ubi supra, numero 17. alij vero tenent intelligi mortem ipsam, & ideo si impedimentum tolli re vera possit, superflute persona etiam cum mortis periculo non irritari matrimonium, existimantes in quocunque euentu, & cuius vitae periculo exposita fuerit mulier paciens incisionem, si mortem euadat validum fuisse matrimonium, idque instaurandum, quamvis prior vir, aut foemina illa ad aliud transierit, eo quod vere illud impedimentum non fuerit perpetuum, experientia detegente potuisse absque morte reparari: ita iustinent Innoc. in d. cap. fraternitatis, numero 1. 2. 3. & 7. & ibi Ioan. Andr. numero 16. quaestione 2. Anton de Butr. num. 22. & 23. Anchar. numero 16. quaestione 2. Cardinal. num. 3. versic. oppono, & ibi Prapost. numero 18. versic. in fine gloss. & num. 20. in fin. Alex. de Neuo, & alij, quos refert Sanchez, ubi supra, num. 16.

Tertia sententia verior, & probabilior habet, solius mortis periculum intelligi, in d. cap. fraternitatis, dum loquitur de periculo corporali: eo quod idem text. cap. fraternitatis, versic. per hac autem, se explicat, appellans mortis periculum, quod paulo antea, in versic. quamvis, appellauerat corporale periculum: ibi: Nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur, non solum modo leuis, sed forte tam grauis, ut ex ea mortis periculum timeatur: & hanc tenent alij quamplures Authores, quos congerit, & sequitur Thom. Sanchez, ubi supra, numero 18. dicens, quod quamvis prior sententia praed. sit probabilis, sibi probabilis esse, quod habet haec tertia sententia, credens tandem eo numero in fine eam non differre moraliter loquendo a primo loco, supra relata, quia quoties grauis morbus timeatur, subest moraliter periculum mortis, & ita concordari possunt, haec opiniones.

Quod autem praediximus censeri impedimentum temporale, quod medicabile est, absque vitae discrimine intelligendum est, quoties potentia illa ope medicinae restituta est duratura non superuenient, breui alio impedimento perpetuo, secus est, si breui temporis spatio duratura est arbitrio iudicis limitando, ac postea ex eadem met causa primae, adeo arcta reuerteretur foemina, ut commiseri non possit absque mortis periculo, tunc namque perinde matrimonium non valeret, ac si immedicabile esset illud impedimentum, quia non dicitur cessare impedimentum quando non durat, ita tenet Caualean. secundae parte, decisione 18. numero 4. & cum eo Sanchez, ubi supra, numero 19. vbi numeris sequentibus alia in proposito huius impedimenti adducit, & declarat apud ipsum videnda.

Si vero ope medicinae absque mortis periculo possit subueniri foeminae virgini, ut apta reddatur viro imbecilli, validum erit matrimonium inter eos, etiam si nullum peculiare impedimentum sit ex parte foeminae, sed sola naturalis virginitas ceteris virginibus communis, sed tantum imbecillitas viri, iuxta doctrinam D. Thom. in 4. distinctione 24. quaestione unica, articulo 2. ad quintum, & alibi recepti per ceteros Theologos, quorum plurimos refert, & sequitur Sanchez, ubi supra, numero

numero 26. late id probans, quam etiam tenent Gregor. Lopez in l. secunda, verbo, maleficus, titulo 8. partita 4. & Marc. Ant. Cuchus lib. 3. Institut. maiorum, cap. 12. numero 261. alias quaestiones in proposito examinat Sanchez, ibidem numeris sequentibus, in quibus ipse erit videndus.

31 Disputant in proposito DD. an foemina nupta, cuius arctitudini iudicant medici posse per incisionem absque mortis periculo subueniri, ut reddatur apta viro teneatur illam pati: & in hac quaestione duo casus sunt considerandi. Primus est, quando mulier naturaliter est praeceteris arcta: secundus, quando arcta non est, sed solum naturale virgineum signaculum virili congressui obstat.

Et in priori casu sunt opinionones, prima habet, debere mulierem arctam leue periculum pati, atque, ita videtur a contrario sensu non teneri pati graues, huius opinionis fuit glossa in d. cap. fraternitatis, verbo corporale de frigid. & malef. Gregor. Lopez in d. l. secunda verbo grande, titulo 8. partita 4. Caualean. decis. 18. numero 4. Lenzelon. in Instituta sur. Canonici, lib. 2. titulo quae matrimonium impedit, post. §. item frigiditas verbo ope medicorum.

Alij tamen, tenent pati incisionem, vbi non imminet periculum graue mortis, ita Concanonicus noster Magister Palat. in quarto, distinctione 34. disputat. 1. columna penulti. verbo quia respondetur, Quond. Angeles, & Cañedo, quos refert Thom. Sanchez, d. lib. 7. de matrim. disput. 93. num. 31.

Tertia sententia verior, & tenenda distinguit hoc modo, ut mulier praed. teneatur pati incisionem, cum molestia, & graui dolore, & cauterio faciendum: non vero grauissimum morbi incommodum, ita tenent ac docent Dominic. a Soto in 4. distinctione 34. quaestione unica, articulo 2. columna 7. versic. dubium autem, Manuel Rodrig. in Summa primo tom. in secunda editione, cap. 235. numero 1. Henriquez, lib. 12. de matrim. cap. 7. numero 8. Ludouic. Lopez, Bartholomaeus a Ledesma, & Vega, quos refert, Barbat & sequitur Sanchez ubi supra, numero 32. idem a fortiori tenentes, quando impedimentum est solius virginitatis foeminae.

In secundo vero casu principali supra dicto, nempe quando solum est naturale virginitatis impedimentum, Petrus de Ledesma de matrimonio quaestione 38. articulo 1. columna penultima, tenet non teneri foeminam medicamentum vllum admittere, quamuis eo admissio possit absque periculo reddi apta viro, & sic matrimon. validum sit, quia nullam patitur agritudinem, aut defectum, nec per eam fiat, quo minus vero debitum reddat, sed viro incumbit remedium quaerere, ipse enim quatenus ex se est, opta est cognosci naturaliter a viro non imbecilli, sique est eius tantum parte impedimentum confurgit: contrarium tamen omnino sententiam in hoc tenent, & late probant alter Ledesma in secundam partem quartae, quae. 60. articulo 2. columna 3. versic. sed dubitatur. Angles, Ludou. Lopez, Vega, Cañedo, quos refert, & sequitur bene hanc partem probans Sanchez, ubi supra, numero 34. quod numero 35. cum aliis temperat, ut id verum sit, quoties potentia viri cum corruptis est manifesta: & addit, cautiissime iudicem, procedere debere, antequam ad hoc medium perueniat, & prius considerare, an vir sit frigiditate, aut maleficio affectus ex praesumptionibus de quibus infra, & quando ex illis constiterit neutro eum, viro laborare, & ex viri inspectione, nullis in membro virili defectus declaratur, constabit esse potentem ad alias, & solum huius foeminae arctitudinem, aut virginitatem oblat: potest etiam probari eum esse potentem ad corruptas, si ipse iuret eas cognouisse, & ipsa similiter se ab eo cogitavit, ut bene pro-

bat decif. Capella Tolofana, 781. dubio primo, numero 1. non enim res haec turpissima alius testibus oculariibus probari potest.

Matrimonio autem dissoluto ob utriusque coniugis perpetuum impedimentum, vtrique alia nuptiae interdicenda sunt, si vero ob alterius tantum impedimentum illi interdicitur, concessa non impedito licentia ad alias nuptias transeundi, ut constat stante viri impedimento ex cap. laudabile de frigid. & malef. & cap. 2. in fin. 33. quaestione 1. de impedimento foeminae in cap. ex literis eodem titulo. Haec doctrina bimembris supra d. est D. Thom. in quarto, distinctione 34. in fin. in expositione litera. quem vniuersi sequuntur secundum Thom. Sanchez d. distinctione 93. numero 37. vbi respondet contrariis, & declarat quod haec ita se habent, quando impotentia est absoluta, quia si est respectiua, datur vtrique coniugis licentia contrahendi cum alia persona, erga quam non sit ea impotentia secundum Enriquez, quem refert: & addit, quod si coniux potens alium intrat, matrimonium non expedita licentia sententia, peccaret, & esset validum secundum Sotum in quarto distinctione 34. quaestione unica, articulo 2. in fine corporis, plura alia de impotentia, quando sit impedimentum refert Basil. ubi supra, cap. 32. pag. 275. cum sequentibus.

CAPITVLVM CXIII.

De impedimento maleficij.

SUMMARIVM.

- 1 Impotentia perpetua ad copulam ex maleficio consergens dirimit matrimonium subsequens cum persona illa, ad quam est impotentia.
- 2 Legi s. titulos, partita 4. litera referunt.
- 3 Legi s. in. titulo 8. partita 4. litera referunt.
- 4 Maleficium perpetuum censetur quando auferri non potest, nisi per aliud maleficium.
- Idem quando tolli non potest, nisi per diuinum miraculum: sic ut per Ecclesiam exorcisitas, ut in numero 5.
- 5 Maleficium an dicatur perpetuum quando auferri non potest nisi per eundem Auctorem, modo licito.
- 6 Maleficium in dubio praesumitur perpetuum.
- 7 Maleficium, quod procuratur, non potest petere matrimonij dissolutionem.
- 8 Malefici possunt suis maleficiis reddere hominem viripotentem ad copulam, & quibus modis demonis arte sileant id facere, & de aliis in proposito.
- 9 Maleficus signum autem licite destruere ad obviendam maleficij sanitatem.
- 10 Maleficium quilibet an liceat, & possit interrogari auctorem in quo tale maleficium consistat, ut signum destruat, & si ille ignoret, non poterit induci, ut per suam artem id inuestiget: & an si forte se addiscat nouo pacto cum demone ita possit ea scientia viri numero 12. affirmatur.

Impotentia perpetua ad copulam ex maleficio consergens dirimit matrimonij, subsequens cum persona illa, ad quam est impotentia, ut constat ex cap. s. in. 33. quaestione prima, quod quamuis sit ex quodam Archiepiscopo desumptum, vtu Ecclesiae quo ad hoc tanquam textus receptus est: idem constat ex c. s. in. de frigid. & malef. quem tex. vniuersi Scribentes de impedimento maleficij intelligunt, dempto Innoc. qui de impedimento frigiditatis il-

- 10 *Coniuges iurantes a principio esse potentes, si postea dissoluantur matrimonium ob impotentiam, debent agere penitentiam de periculo commisso.*
- 11 *Fœmina à viro separata ob impotentiam, & ei restituta, ob deceptionem circa impotentiam deprehensam, an sit illi restituenda si ab eo adhuc nequeat cognosca.*
- 12 *Sententia lata in causa matrimoniali; non transit in rem iudicatam, & numeris sequentibus usque in finem latè dicitur conclusio declaratur.*

Matrimonium prius iudicio Ecclesiæ dissolutum ratione frigiditatis viri, si ille aliam duxerit, restaurandum est; text. in cap. laudabilem ad fin. de frig. & malef. cum siml. quod intelligendum est, si confiterit posteriori matrimonium consummatum esse: ita tenent communiter DD. Canonistæ, & Theologi, nempe Hostiens. in Summa titulo de frig. & malef. §. qualiter, & quando, num. 10. versio, & siquidem & in cap. primo, num. 1. verbo acceptus de frig. & malef. Ioan. Andr. in d. c. laudabilem num. 3. eodem titulo, & ibi Anton. de Butr. in fine, Alexand. de Neuo, num. 4. Prapost. sciundo, in 3. notab. Ant. Cuchus lib. 5. in su. mai. xi. 12. num. 264. Dominic. à Soto in quarto, distinctione 34. quest. unic. columnapenult. versio. alter autem, & alij quamplures Auctores vtriusque Scholæ, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. distinctione 99. numero 4. 5. 7. & 8.

- 2 *Vbi num. 6. quod si tempore quo frigidus hic ad alias nuptias transit prior vxor obierit, adhuc statim separandum est à posteriori matrimonio, donec se potenter probet, & deceptam fuisse Ecclesiam, quia interim est præsumptio impotentie contra ipsum.*
- 3 *Quod procedit eadem ratione, si vir ille ratione frigiditatis separatus fœminam quæmque cognoscat fornicarie, cum iam constet falsam fuisse frigiditatem, vt ex supradictis Auctoribus, & aliis tenet Sanchez ibidem, numero 5. vbi numero 8. cum sequentibus plura ex supradictis deducit, & numero 13. agit qualis in proposito probatio plena possit haberi consummationis prioris matrimonij, seu copulæ fornicarie frigidi, vt sic infrauret prius matrimonium.*

4 *Sed quid erit dicendum in fœmina ratione arctitudinis à priori viro separata si alij viro nubat, ab eoque cognoscatur, an tunc sit instaurandum prius matrimonium, posteriori dissoluto? & quidem habemus in hac specie textum in cap. fraternitatis versio. nos tamen de frigido, & malef. decidendum, quod quando patet ex postfacto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur, validum esse prius matrimonium, & secundum nullum, & ideo separandus esse, qui secundum de facto contraxerunt.*

Verum difficultas huius questionis in eo consistit, an in hac eadem specie sit prius inquirendum, vterque vir sit similis complexionis, cum text. ille in sua narratione meminerit huius qualitatis, ibi, cuius simili commiscetur. quam questionem latè tractat Sanch. vbi supra, numero 15. & resoluit attendendum esse an sit talis dissimilitudo inter vtrumque virum, & tunc non esse instaurandum prius matrimonium, secus si ea dissimilitudo non sit.

5 *An autem fœmina hæc arcta, quæ alij nupit, sit statim separanda à matrimonio posteriori, & si forte vir prior aliam duxerit, separandus quoque sit, & interdicenda sint petitio, & redditio debiti, atque aliz nuptiæ, si nondum prior ad illas alias transierat, distinguit Sanch. vbi supra, numero 17. & 18. omnino videandus, cuius distinctio mihi placet: & numero 19.*

agit qualis probatio posterioris copulæ in hoc casu requiratur.

Superiora omnia in hoc cap. contenta procedunt 6 quoties matrimonium prius separatur ob impedimentum impotentie frigidi, secus vero in dissolutione matrimonij legitime facta per Ecclesiam ratione maleficii, siue alterius, siue vtriusque coniugis: tunc namque concedenda est vtrique coniugii licentia transeundi ad alias nuptias, ac proinde eis inuentibus aliud matrimonium idque consummationibus nequaquam prius instaurandum erit matrimonium, ita videtur probari in cap. fin. 37. questione 1. & tenet glossa in cap. 1. verbo reparare, & in cap. laudabilem, verbo separatus, & verbo redire, & in cap. fin. verbo cognoscendi de frigido, & malef. & hæc est communissima, & receptissima sententia vt constat ex infinitis Auctoribus eam tenentibus, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. distinctione 99. numero 22. & approbatur expresse in l. fin. titulo 8. partia 4. cuius verba sunt hæc, *mas si el que fuesse maleficiado, mager lo depariesse Sancta Iglesia de una muger, si despues casaf se conotra, bien puede linear con la segunda, e non deve tornar a la primera, e esto es porque porraz ser maleficiado a la primera muger, e non a la segunda, & ibi Greg. Lopez verbo, tornar.*

Hæc tamen communis, & secuta sententia est 7 intelligenda, quando separationis sententia legitime lata est, scilicet lapso triennio experientia, & adhibitis legitimis probationibus, quas ius ad dicti matrimonij separationem petit (de quibus inferius agemus) si enim non legitime dissolutum sit, debet instaurari, vt error sententie dissolutionis reparatur, donec adhibeantur omnia requisita ad dissolutionem, ita tenet Gregor. Lopez in d. l. fin. in glossa verbo tornar, titulo 8. partia 4. Henricus lib. 12. de matrimonio, cap. 8. numero 2. & in commento litera l. numero 3. in commento litera L. Nauar. lib. 4. consil. in vtraque editione, titulo de frigido, consil. primo, per totum, sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 23. dicens quod nec hoc aliquis negabit.

Secundo intelligenda est præfata conclusio, & 8 sententia quando maleficius est particularis respectu vnus, aut alterius tantum (vt regulariter contingit), quia non ex hoc detegitur Ecclesiam fuisse deceptam, quoniam possit esse maleficiatus quoad vnâ, & non quoad aliam, vt expresse cauetur in d. l. fin. in fin. secus vero si constaret maleficius esse generale respectu omnium, tunc namque si maleficiatus dissoluto priori matrimonio per Ecclesiam ad aliud transiret, idque consummaret, separandus esset, & instaurandum prius matrimonium, quia apparet Ecclesiam fuisse deceptam, quæ iudicauit perpetuum impedimentum, quod apparuit temporale: & similiter, si cum separatio fuit facta propter maleficius particularis, apparet postea Ecclesiam fuisse deceptam, veluti, si ille separatus animo fornicario cognouit primam: tunc tamque separabitur à secunda & reintegrabitur primum matrimonium, quia apparet non fuisse perpetuum impedimentum, vt tenet glossa in d. cap. fraternitatis: verbo diuini miraculum, & ibi Ant. de Butr. Gregor. Lopez in d. l. fin. verbo tornar, & ex Theologis D. Thom. & alij quamplures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, num. 24. & 25. qui num. 24. idem esse dicendum ait, si maleficiatus ille respectu omnium fornicaretur cum aliqua, quia tunc instaurandum esset prius matrimonium: & quod quamvis difficile tunc esset cogniti maleficius esse vniuersale, ac posse id deprehendi, quando plurimas fœminas maleficiatus ille tentauit cognoscere, & nullam potuit cum tamen eum non esse frigidum constet, secundum Sotum, & alios quos citat,

- 9 *Deinde obferuandum erit, quod si mulier allegans virum esse impotentem nullatenus impotentia causa expressa, & vir post separationem matrimonij ad aliud transierit, non erit statim instaurandum prius matrimonium, eo quod tunc mulier rotumsum ius videtur in iudicium deduxisse, vnde idem est ac si per frigiditatem, vel maleficius esset dissolutum matrimonium, & quando propter maleficius dissoluitur non instauratur matrimonium, ex eo quod maleficiatus ad aliud transierit, vt diximus supra; ita tenet glossa, in cap. requisiti, verbo accepti 33. questione 1. & Asten. in 2. parte sua summa, lib. 8. in 37. artic. 7. & 2. quod placet merito Thom. Sanch. d. lib. 7. distinctione 99. numero 27. in eo sensu, vt non statim, ac consummatur posterius matrimonium à viro illo, sit prius instaurandum, donec causa impotentie discutatur, quam iudex tenetur inquirere, ob quam dissolutum est prius matrimonium, vt inde discernat, vtrum exis matrimonium valeat: quod si iudex, qui dissolutionis prioris matrimonij sententiam protulit, causam impotentie non expressit, erit à præfati iudice consideranda ex probationis in priori procellu, & ex causis, quas testes matrimonij, & medici reddiderunt, quod si nec ex eis constet, ipse de nouo inquiret, & cum mulier illa legitime nupserit, & sit possessio pro eius matrimonio, non est contra id matrimonium, aliquid intentandum, nec separandum, donec constet prius validum fuisse, & instaurandum, ac separandum est posterius impotentis matrimonium, vt pote contra quod est præsumptio ratione impotentie donec causa discutatur: ita recte perpendit ac dicitur Sanch. vbi supra, numero 28. qui numero 29. hinc deducit, quod quamvis pars non teneatur allegare causam impotentie, iudex tamen tenebitur eam explicare in sua sententia, & explicite dicere ex rationibus de quibus ibi per ipsum.*

10 *Videtur tamen, quod antequam instauratio prioris matrimonij fiat in casibus, in quibus ea legitime fieri debet, debeat prius vterque coniux penitentiam agere de periculo commisso. dum in separatione impotentiam iuratur & hoc ex text. in d. cap. laudabilem in fin. de frigido, & malef. ibi: Et peracta penitentia cogatur ad priora conubia redire; & in cap. requisiti 33. questione 1. sed bene Turcercemata ibi in fin. latè esse ait, si incepta penitentia sit: & melius Sanchez vbi supra, numero 30. credit, satis esse illis iniunctam fuisse, respond. præd. textibus in contrarium præcitatissimè declaransque mentem illorum quomodo suæ opinioni non obstat.*

11 *An autem si fœmina à viro separata, quod ab eo cognosci nequeat, & ei restituta ob deceptionem circa impotentiam deprehensam, statim restituenda si ab eo adhuc nequeat cognosci, & quoties hoc fieri debeat, agit late Thom. Sanch. vbi supra, num. 31. cum sequentibus, qui est videndus in proposito, & num. 37. cum sequentibus agit, qualis restitutio facienda sit, quando tempore quo inuenitur deceptio Ecclesiæ circa dissolutionis matrimonij sententiam, est iam alter coniux professus, aut sacris initiatus, & alia in materia vtrius: an autem matrimonio dissoluto ratione impotentie vtriusque coniugis & errore commerto ex impotentis fornicatione, aut posterioris matrimonij consummatione liceat potenti celebrare diuortium ob eam copulam impotentis, agit late idem Sanchez d. lib. 7. ca. 1. dist. 101.*

12 *Denique in proposito illud hic adducere volumus, in matrimonio speciale esse, vt sententia in coniugali causa lata, quæcunque circumspicione præmissa, siue bis ab ea prouocatum fuerit, confirmataque sit siue lapsus termini ad appellandum sit, nunquam transeat in rem iudicatam, ac proinde non*

ita efficacem auctoritatem fuerit, quin retractanda sit, quoties comperitum fuerit, eam errore quodam latam fuisse: text. est in cap. lator. in versio, mandamus quatenus: & in cap. consanguineis, & in cap. tenor de sententia, & re iudic. & in cap. fraternitatis de frigido, & malef. vbi hoc docent communiter DD. & alibi sæpius, quos refert, & sequitur D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte, cap. 8. §. 12. numero 12. in principio, & Thom. Sanch. d. lib. 7. distinctione 100. numero 1. vbi refert, & defendit communem huius conclusionis rationem post Couar. vbi supra numero 16. cum duobus sequentibus.

Et in his sententiis non transeuntibus in rem iudicatam potest probari iniustitia sententia tam respectu meritorum causa, quam respectu ordinis processus per acta causa, quamvis tranferat decennium à tempore sententiæ: secundum Abb. in d. cap. lator. numero 1. & ibi Alexand. de Neuo numero 4. & Sanch. vbi supra, numero 2.

Quinimo, & iudex ex officio etiam parte inuita procedere potest ad retractandam huiusmodi sententiam, vbi de certior fadus fuerit, vt constat ex cap. porro ad finem, de diuor. ibi: Tui officij interest, matrimonia illa adhibita grauitate dissolueri quæ illicite contracta noscuntur: & bene docet Cardin. in cap. lator numero unic. versio, in glossa in. & Sanchez vbi supra, numero 3. addens bene ad id tenet iudicem, vt constat ex verbis modo relatis d. cap. lator. quia sua interest peccata auferre: & grauilimum est, illegitime coniunctos in matrim. perleuerare: aut legitime coniunctos separtari.

Pro cuius materie intellectu obseruanda sunt sequentia. Primo, quod sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam, in hunc nempe sensum, quin per viam querele possit contra eam allegari, assumit tamen auctoritatem rei iudicate in præd. casibus, vt prætextu appellationis corrigi tequant, vt voluit glossa in d. cap. fraternitatis, verbo fornicario in fin. de frigido, & malef. vt eam intelligunt, & sequitur Abb. ibi numero 21. Præpos. numero 10. Alexand. de Neuo in §. quamuis numero 26. idem tenet glossa in cap. ad impotentiam, verbo si suspensus de officio Ordini, & alios allegans D. Couar. vbi supra, numero 12. versio, sententia vero, & plures Sanch. vbi supra, num. 4. allegantes in fauorem huius communis doctrinæ Hostiens. in d. cap. tenor in fin. ex quo eam colligunt decem, sententiam matrimonij non transire in rem iudicatam, quoad veritatem, bene tamen quoad subtilitatem, quæ profecto verba mirabilia sunt in proposito, satisque insinuant præd. communem doctrinam, atque eam confirmant.

Secundo obseruandum est, quod quamuis sententia in causa matrimoniali non omnino transeat in rem iudicatam, transit tamen quoad hoc, vt non indiscriminatim volens eam impugnare audiatur: sed oportet, vt alleget aliquam verisimilem causam iniustitiæ, quæ iure optimo iudicem ad id credendum moueat, ac in infinitum pars controueniens audiatur: & ideo causæ cognitio iustitæ impugnationis præmittenda est à iudice, vt pars contraueniens audiatur, vt docent Innoc. & communiter DD. in d. cap. tenor de sententia, & re iudic. & alij quamplures, quos refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero quinto. vbi quod ideo iudex debet præmittere summariam causæ cognitionem non citato aduersario, & ea apparenti iusta audiri debet volens impugnare sententiam, & non alias secundum Hostiens. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Anchar. Bald. Imol. & Felin. & Cardinal. quos citat, & quod in dubio an causa iusta sit, audiri debeat, eo quod animæ periculum vertitur, iuxta text. in cap. extra specialem, §. final. versio, excessu quoque dubio de appellat. vt tenent idem

iudem Hostienf. Ioan. Andr. Anton. de Burr. Anchar. & Cardin. quorum vltimus subdit, quod si non premissa tali causa cognitione iudex audiat petentem sententiam reuocari, non potest aduersario opponere, nec appellare: sed posse puniri iudicem a superiore: atque posse etiam dici licere aduersario opponere, & appellare: & hoc vltimum verius. & tenendum esse censeo, quia fuit praetermissus iuris ordo necessarius.

Hinc plura deducuntur congesta per Thom. Sanchez vbi supra, numero 6, cum sequentibus, quae in praxi satis contingibilia sunt, & ideo ea summam referam.

17 Primo, certam regulam praescribi minime posse quoties audiendus sit volens praed. sententiam impugnare, sed id arbitrio iudicis committendum atenta causa coram eo allegata, vt docent Abb. in d. cap. lator numero 11. Alex. de Neuo numero 12. & Felia. numero 6. declaratione 5.

18 Secundo, praesumi pro sententia, ac processus iustitia, quando ab ea intra legitimum tempus non est appellatum, donec eius iniustitia constiterit: & ideo, eam alleganti incumbit onus probandi, vt tenet Innocentius in cap. bene, el primero, de elect. numero 8. Archid. d. 2. questione 6. in summa vni. 3. Ioan. Andr. numero 3. & communiter DD. in d. cap. lator, allegat plures D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 2. §. 12. num. 12. versic. ex quibus constat, & Sanch. vbi supra d. dissertatione 100. num. 7.

19 Tertio, quod ad hoc vt praed. sententia matrimonialis rescindatur, oportet condemnatum vt noua querela, nouoque libello, in quo petat eam causam coniugalem semel iam definitam iterum ad iudicium deduci, & sententiam reuocari ratione erroris detecti, nam quoad instantiam cause transiit in rem iudicatam, vt patet in cap. ex literis ad fin. de m. integ. restitutione. ibi: Et ad audientiam restitimus eam pro matrimonio postulantem: & ibi Hostienf. num. 12. Abb. in d. cap. lator numero 12. & ibi communiter DD. de sententia. & re iud. Couar. vbi supra, d. num. 12. versic. 2. & Sanchez num. 8.

20 Quarto, hanc nouam querelam minime posse proponi a subditis suffraganei coram Archiepiscopo, quia inter eos solum est iudex in causa appellationis, & non per viam querelae, iuxta text. expressum in cap. primo, de officio legat. & c. Pastoralis in principio de officio Ordin. & in cap. venerabilibus in principio de sententia excomm. in 6. ideoque proponenda erit hac querela coram eo iudice, qui adiri potest per simplicem querelam, qui est ipsemet, qui primam sententiam tulerat (vt cum aliis probant Couar. vbi supra d. numero 12. versic. tertio. & Sanch. num. 9. vbi numero 10. agit. quid quando aduersus priorem sententiam opponitur nullam esse) Pontifex etiam, vel eius legatus, vt habetur in d. cap. primo de officio legat. Alex. de Neuo in d. cap. lator, num. 16.

21 Tertio erit obseruandum, sententiam in causa matrimoniali non transire in rem iudicatam quoad ipsum coniugium, secus quoad expensas, quarum succumbens condemnatus fuit per eam sententiam, a qua non fuit appellatum, vt post alios late probat Sanch. vbi supra, num. 11.

22 Quarto obseruandum est, quod secundum Gofr. in cap. fin. de clandestin. despons. quamuis respectu coniugum sententia praed. non transeat in rem iudicatam, respectu tamen tertij contra matrimon. agentis bene transit contra eum in rem iudicatam, ita vt nemo deinceps audiatur volens id impedimentum proponere, quia actio popularis vno agente consumitur, d. eum, qui §. in popularibus, ff. de iur. iur. sed hac opinio falsa quidem est, siquidem ea retenta foueretur peccatum sustinendo matrimonium nullum,

& ideo eam merito reprobant Hostienf. Anton. de Butrio, Abb. Alexand. de Neuo, Prapof. & Felia. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 12.

Quinto eadem communis traditio, quod sententia in causa matrimoniali non transeat in rem iudicatam, intelligenda est, quando ex illius sententiae obseruatione nutritur peccatum, nec consensu partis vtriusque posset culpa cessare, vt si lata esset sententia contra legitimum matrimonium declarans id nullum esse, aut in fauorem matrimonij cum impedimento dirimente celebrati: sed quando consensu vtriusque coniugis potest cessare culpa, & matrimonium constare, bene transit in rem iudicatam, vt si litigetur. an aliquid fuerit legitimum matrimonium allegante altero metum, vel conditionem seruientis alterius coniugis a se ignoratam: succubuit hic, & sententia pronuntiata est, valuisse coniugium, si non appellauit legitimum tempore, transit in rem iudicatam, ita vt amplius ob eam rationem retradari non possit, ita tenet glossa final. in d. cap. lator de sententia, & re iud. & ibi communiter DD. D. Couar. d. §. 12. numero 19. versic. 3. vbi bene eam probat. & Sanch. alios allegans d. lib. 7. disp. 100. num. 13. vbi quod eadem ratione sententiam in sponsalibus de futuro latam transire in rem iudicatam, quando ea dissoluntur, probato aliquo impedimento, nec a praed. sententia appellatum est, quia possunt partes sibi prauidicare non appellando, cum etiam possint omni sententia cessante dissolvere sponsalia absque aliquo peccato, secus si sententia lata sit in fauorem sponsalium, non probato impedimento dirimente matrimonium, ea enim non potest in rem iudicatam transire, quia foueretur peccatum, compellendo virtute illorum sponsalium ad matrimonium irritum celebrandum, vt docent Anton. de Burr. in cap. iuravit, numero 6. Abb. num. 5. de probat. & ibi Decius numero 18. conclusionem 2. & cum eis Sanchez vbi supra, numero 13. qui numeris sequentibus nonnulla ex praed. deducit apud eum videnda.

CAPITVLVM CXVI.

An impotentia perpetua superueniens matrimonio non consummato, id dirimat?

SVM MARIVM.

- 1 Impotentia perpetua superueniens matrimonio non consummato an id dirimat? Et quid in dubio quando non constat, an praecesserit, vel non? numero 2.
2 Impotentia propria non plene cognita an liceat eidem ad aliud matrimonium transire donec re diligenter inuestigata dubium deponat?
3 Non autem licet ei cui non plene cognita est

Sic nonnulli, qui in hac questione partem affirmativam tenent fragilibus fundamentis, nempe Gratianus in summa ad fin. 33. quest. 2. Alberic. in suo dictionario ltera 1. verbo impedimentum impedimento 15. Caterius lib. 5. de sponsalib. cap. 18. & nonnulli alij. Caterum certa, & communissima sententia est, matrimonium ratum, non consummatum, non dirimi per quamcunque impotentiam superuenientem, ex text. in cap. bi. qui 32. questione 7. & in cap. si uxorem 32. questione 5. & in terminis ita tenent D. Bonauent. in 4. distinctione 34. articulo 2. questione 2. & ibi communiter Theologi, & alibi sepissime, quos congerit, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. dissertatione 102. numero 3. vbi etiam quamplures Iurisperitos, Reg. 4. ad si. vers. Pero si acaserit, ff. de iur. iur.

titulo 2. parva 4. Matienç. in rubrica glossa 1. num. 129. titulo 1. lib. 5. nov. collect. Reg. Manuel. Rodrig. in prima parte sua summa in 2. editione, cap. 237. num. 2. ad fin. qualiter autem liceat tunc vterus matrimonij coniugatis, quando eo legitime celebrato superuenit impotentia, Sanchez vbi supra, numero 5. cum sequentibus distinguit quatuor genera impotentiae superuenientis, & per vnum quodque bene discurret.

2 Sed quid erit praesumendum in dubio, quando non constat, an impotentia praecesserit, an subsequuta sit matrimonium, an quod praecesserit, vel non? in hoc sunt opinionis diuersae; vna habet, praesumi in hac specie impotentiam praecessisse, ac proinde matrimonium esse dissolendum tanquam irritum, eamque tenent loquentes de omni impotentia, ac etiam accidentaliter maleficij Hostienf. in summa de frigid. & maleficiis, §. quia impotentia, num. 7. versic. quid si dubitetur, & in cap. fraternitatis, num. 3. verb. praeter diuinum eod. tit. & idem communiter DD. Montal. in l. 2. in fine, & in l. 2. ad fin. in 8. parti. 4. Greg. Lop. in d. l. 5. in verbo, de tal. embargo. Mascard. de probat. conclus. 890. n. 19. & conclus. 1027. n. 3. Matienç. in rubrica gloss. l. n. 204. tit. 1. lib. 5. & alij quam plures DD. lurille, & Theologi, quos congerit Sanch. vbi supra, num. 1.

Secunda opinio habet in dubio non praesumi impotentiam fuisse ante coniugium, quando alter coniux petit separari matrimonium ratione impotentiae, secus, si vterque coniux dissolutioni assensum praestiterit, vel si alter petat aliquam in uxorem, tunc enim praesumitur impotentiam praecessisse, ita Anton. de Butrio in d. cap. fraternitatis, numero 20. de frigid. & malef.

Tertia opinio asserit, impotentiam accidentalem, qualis est maleficij, aut si virilia abscissa sint, non praesumi praecessisse, atque ita in dubio validum esse matrimonium, ita gloss. in summa 33. questione 1. verbo quod autem in fin. & nonnulli alij Authores, quid tenendum? Mihi videtur communis, & valde probabilis prior sententia.

Nihilominus tamen distinctio trimembris, quam facit Sanchez supra, numero 5. cum sequentibus, verior & tenenda videtur, qua praedict. diuersae sententiae concordantur, nempe, primus casus est, quod quando impotentia est naturalis, in dubio praesumitur eam praecessisse, & sic matrimonium esse nullum, vt habet prima sententia communis, si vero impotentia est accidentaliter, vt ex maleficio, abscissione, aut ex aliquo alio morbo confurgens, & sufficienti diligentia praemissa constare nequit, an ea matrimonium praecesserit, an potius sequuta sit, tunc praesumatur potentiam illam subsequutam esse matrimonium, ac proinde id fuisse validum, vt habet tertia opinio cum suis Authoribus, & hic secundus casus limitatur, nisi breue tempus a matrimonio contracto vsque ad eius consummationis intentionem transierit, quia tunc non praesumitur tam breui tempore impotentiam illam accidisse, sed potius praesumendum est, eam priorem matrimonio fuisse, & in hoc casu prior sententia locum obtineat, quod si facta sufficiente indagine dubitetur, an impotentia sit naturalis, an potius accidentaliter, censet in hoc dubio accidentalem praesumi. Quod si non dubitetur (& hic est tertius casus distinctionis) circa antecessorem impotentiam, sed an vera impotentia sit, & an matrimonium consummatum sit necne? & adhibita sufficienti diligentia id dubium vinci nequeat, existimati in hoc dubio praesumi pro matrimonij valore, nec illud semel iniuriam posse dissolui, quos tres casus huius distinctionis tribus conclusioibus distinctis optime, vere, & prudenter meo iudicio probat, & sustinet.

3 Non autem licet ei cui non plene cognita est

propria impotentia, ad matrimonium transire, donec re diligenter inuestigata, dubium deponat, quoniam exponitur periculo irritandi matrimonij, vt contra Palacios bene probat Sanchez vbi supra, numero 10. & insuper quod matrimonium contrahens cum eo impotentia dubio possit non solum debitum reddere, sed etiam petere, vt ibi per eum.

CAPITVLVM CXVII.

An impotentia puberis impediat seu dirimat matrimonium.

SVM MARIVM.

1 Impotentia puberis an impediat seu matrimonium dirimat.

Quando non constat impotentiam puberis esse perpetuam, & ex frigiditate confurgere, sed dubitatur, an sit temporalis, ac ex debili aetate proueniat, si credimus glossae in summa verbo sponsalia 30. questione secunda, & in cap. continebatur, verbo proxime de desponsat. impub. & in cap. puberes, verbo tardissime eodem titulo, & ibi Abb. numero 4. dicens forte hanc sententiam esse verioram. Alonsi. a Veracru. in suo Specul. coniug. artic. 39. conclus. 2. hoc matrimonium erit irritum, & nullum.

Communis tamen, verior & probabilior est contraria, imo quod huiusmodi matrimonium validum sit, quam tenent Hostienf. in d. cap. puberes, num. 3. & ibi communiter DD. D. Couar. in 2. de sponsal. 2. parte cap. 5. §. num. 2. Ant. Cuchus lib. 5. in fin. ma. titulo 12. num. 255. Mascard. de probat. conclus. 889. num. 10. & alij plures Canonistae, & Theologi, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, dissertatione 104. num. 5. vbi eam dicit probabilioram, eam amplians, vt procedat, quando foemina completo anno 12. ex diminuta corporis dispositione nondum potest pati virilem complexum, quia eadem prorsus est ratio ac de viro; & sic in vtroque casu validum prorsus erit matrimonium.

Supposita hac magis recepta sententia circa tempus, quod in hac specie expectandum sit, ad expectandum an ea impotentia sit perpetua, ac matrimonium irritum? quamuis in hoc sint diuersae sententiae, quibusdam existimantibus triennio expectandum esse, alijs vero contrahenti decimo quarto anno praescribi biennium; & si contraxit anno 17. vnicuique annum: & foeminae anno 12. nubenti, quae ex diminuta corporis dispositione non potest viri congressum pati, praescribi tempus vsque ad 14. annum.

Verior, & receptor sententia habet expectandum esse vsque ad plenam pubertatem, quae foeminae decimoquarto aetatis anno contingit, vt colligitur ex lege Melas. ff. de alimen. & cibar. legat. viris vero decimo octauo aetatis anno, vt habetur in l. arrogato. ff. de adop. & §. minore, in fin. eodem titulo: sex, namque in c. laudabilem de frigid. & malef. triennium concedens, procedit, quando coniectari potest, ex frigiditate, aut alio impedimento impotentiam confurgere: at quando potest praesumi ex aetate imbecillitate impotentiam prouenire, aequitas suadet, eam aetatem expectandam esse, in qua perfectum robur comparat natura, tunc namque cessabit praesumptio debilitatis ex tenera aetate prouenientis, & potest iure praesumi frigiditas, aut aliud impedimentum perpetuum, ita tenent Hostienf. in d. cap. laudabilem paulo post princip. & ibi communiter DD. & alibi, quorum plures refert, & sequitur Sanch. vbi supra, numero 18. inferens ex hoc, non posse peti separationem matrimonij ratione impotentiae viri, nisi